



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. III. De Obedientia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

& aliquando præcepto Obedientiæ. Quod si locus, ubi Infirmæ jacent, ita angustus sit, ut non admittat Socium, dispiciat Superior, qui statim de hac re monendus, num illo redeundum sit, vel potiùs ea cura Parochis relinquenda. /

8. Præterea vetitum Nostris est, curam suscipere mulierum religiosarum, vel aliarum quarumcumque: ita ut illarum confessiones audiant, vel ipsas regant: neque ad id cogi possumus. Et sicubi opus fuerit, Summus Pontifex rogandus, ut hanc Constitutionem infringi minimè patiatur. Non repugnat tamen semel unius Monasterii confessiones audire, & aliquando apud eas concionari; quod tamen non fiet, nisi postulent, ii qui præsent. At non liceat ad Monialium ægotantium confessiones excipiendas intrare cœnobia. °

l In 3. §. 7.

*Interdicitur cura mulierum Religiosarum.*

m P. 6. c. 3. §. 5. & Paul III.

p. 44. R. Præp. 47. & Rect.

68. & C. 7. D. 56. & C. 8. D.

11.

n P. 6. c. 3. §. 5. & Regulæ proximè citatæ.

o Or. c. 2. §. 11.

S E C T I O III.

*De Obedientia.*

1. **O**bedientia tum in executione, tum in voluntate, tum in intellectu debet esse in nobis omni ex parte perfecta. p Obedientia autem executionis tunc præstat, cum res iussa completur: voluntatis,

*Triplex Obedientia Gradus, & ad summum enitendum est.*

p P. 3. c. 1. §. 23. & P. 4. c.

10. §. 3. & P.

6. c. 1. §. 1. &

Cl. c. 4. initio.

tis, cum ille, qui obedit, id ipsum vult, quod qui jubet: intellectus demum, cum quod jubetur, benè juberi existimat. *q* Ad quam Obedientiæ perfectionem consequendam omnibus maximè commendatum sit; ut multum reverentiæ, & præcipuè in interiori homine, suis Superioribus exhibeant; ut qui JESUM CHRISTUM in eisdem confiderent, ac revereantur, eosdemque ex animo ut Patres diligant. *r* Jam ut de Executione, quæ sub disciplinam cadit, agatur *i.* videndum, quibus obediendum sit, *2.* circa quam materiam, *3.* quis modus tum jubendi, tum parendi servandus.

*Quibus obediendum, & in cujus gratiam.*

*2.* Quoad primum attinet, erit infra locus, nempe Part. 7. enumerandis classibus Superiorum Societatis, quibus obediendum est, præter Summum Pontificem; cui peculiariter inservire & obedire debet Societas, & hæc ejus prima, & summa obedientia statuitur. *s* In citata etiam parte exponetur, quanto perè hæc Superiorum ad invicem perfecta subordinatio custodienda sit, ex præscripto Constitutionum, & præsertim earundem Part. 8. Cap. 1. Illudque huc revocandum, necessarium esse, ut Superiorem loco Christi Domini Nostri agnoscen-tes multa reverentia, & amore eum prosequantur; quicumque demum ille sit, vel

to.

*s* Paul. III. p. 10. & Jul. III. p. 62. & P. 6. c. 1. §. 1. & p. 7. c. 3. §. 1. & P. 10. B.

totius Societatis, vel Domus Superior, vel ex subordinatis Officialibus, qui ex illo auctoritatem acceperint. †

\* 3. At si quis ex Fratibus Ministro aliquid jubenti, licet non præcepto in virtute S. Obedientiæ, diceret, *Nolo facere*, incidit in casum Superiori reservatum, & qualis est etiam Inobediencia quæcumque alia & expressa, quâ quis asserit se nolle parere. x

† 4. Præter eos, ad quorum officium aliqua ratione pertinet, nemo alterius cuiuspiam è Nostris negotium tractandum, & expediendum suscipiat. Quod si quid proponendum videretur; id non nisi zelo boni communis, aut spiritualis consolationis alicujus, reque prius Domino commendata, præstet. y At absolutè prohibetur, ne quis Principem, Communitatem, aut hominem quemvis magnæ auctoritatis ad petendum aliquem de Societate moveat. z Ad cuius Constitutionis confirmationem, propter proserpentia Externorum patrocina, cum sæpius actum esset de aliquo efficaciori remedio statuendo; Primò decretum est; eum, qui Externos sibi, aut alteri patronos, aut intercessores apud Superiores parasse deprehensus fuerit, pro delicti qualitate puniendum; ut vel à prætensa re omninò excludatur; vel ad certum tempus

Paul. III. p. 13. & Jul. III. p. 65. & Ex. c. 4. §. 29. 30. 31. & P. 3. c.

1. §. 2. 24. & P. 4. c. 10. §. 5. & 8. & P. 6. c. 1. §. 1.

\* *Qua gravis inobediencia.*

u C. 7. D. 45.

x C. 5. D. 51.

† *Intercessiones quatenus permessa aut vetita.*

y Or. c. 4 §. 12.

& Cl. c. 4 §. 4.

z P. 7. c. 2. K.

ab omni in Societate dignitate obeunda removeatur; vel voce tam activa, quam passiva privetur; vel alia poena mulctetur. Conscii verò parari has intercessionem, & si non emendatas, vel pro se, vel pro aliis, tenentur eas indicare Superioribus, & quantum in ipsis est, impedire. Quod si neglexerint, superiorum arbitrio & ipsi puniendi.

a C. 5. D. 14.  
& 49. & C. 7.  
D. 20.

Postmodum cum impositum aliquibus Provinciis Præceptum à P. N. Mutio in hac materia, expensum fuisset in Congregatione octava, illi suum robur relictum est; quatenus in virtute S. Obedientiæ, & sub peccato mortali prohibet; ne quis ad obtinendum, vel impediendum quidpiam, tam circa locum, quam circa occupationem suam, vel aliorum de Societate, procuret, vel admittat intercessionem, aut patrocinia Externorum, vel eorum operâ ulatenus utatur apud Superiores; exceptis dumtaxat iis, qui ratione universalis curæ in Ecclesia auctoritatem habent. b

b C. 8. D. 24.

Explicatio præcepti lati contra Intercessionem.

5. Hoc tamen præceptum postea mitigatum est, abrogando eam partem, quæ vetabat admittere intercessionem: quod verò pertinet ad illas non procurandas, ita intelligendum; ut sermo tantum sit de intercessionibus, quæ liberam Superioribus gubernationem non relinquunt. c Tales autem

c C. 9. D. 24.

cen-

cenferi debent; quæ Superiores impediunt; aut ſaltem difficilem eorum gubernationem reddunt, quò minus pro ſuo iudicio, ac voluntate, juxta Inſtitutum noſtrum, de rebus, & perſonis ſibi ſubjectis diſponant. Ac denum, ut remedium univerſale contra hujusmodi peſtem pro tota Societate conſtitueretur, illud præceptum ad omnes Provinciâs extenſum eſt. *d* Inſuper declaratum, eos qui emendicato Externorum auxilio contra Superiorum voluntatem, novarum Provinciarum erectiones extorquere cogantur, eſſe Societatis perturbatores, & ſubjectos omnibus perturbatorum poenâ. Perturbatores autem hujusmodi contra Inſtitutum, & Gubernationem novaſolientes, & inquirendi ſedulò, & ſeveriſſimè puniendi. *f*

6. Quar deferant potius omnes ad Superiorem ſum res, quæ eis expetendæ occurrerint nec privatus quiſpiam directè, vel indirectè ſine ejus facultate, & approbatione Summo Pontifice, nec ab alio extra Societatem, gratiam ullam, ac ne Miſſiones quidem, in ſuum privatum, vel alterius uſurpetat, aut petendas curet; ſibi que perſuade, ſi per Superiorem ſuum, vel cum ejus conſu, quod optat, non obtinuerit; ne idem ad Divinum ſer-

*d* C. 10. D. 18.

*e* C. 9. D. 5.  
*f* C. 5. D. 54. &  
 C. 6. D. 2. &  
 C. 9. D. 25. &  
 Paul V. p. 305.

*Commendatur  
 dependentia à  
 Superioribus è  
 Societate.*

g Paul. III. p. 12. & Jul. III. p. 64. & P. 6. c. 1. § 3. & P. 7. c. 1. § 2.

vitium convenire. 2 Et ut vigor discipline hujusmodi melius conservetur, voluit Summus Pontifex, ut à correctione Regulæ appellari, aut talis appellatio admitti seu ab officiis absolutio, aut privatio peti non possint. Et tam Generalis, quàm alii inferiores Præpositi Nostros, Ecclesiarum Prælati in Socios, aut ad ullum eorum ministerium deputare minimè teneantur; nisi auctoritate S. Sedis: & deputati sub Ordinis correctione existant; & eosdem removere possint. Qua etiam facultate pollent erga eos, qui ad prædicandam Cruxem, vel ad inquirendum contra hæreticam pravitatem, & similia, missi fuerint <sup>h</sup>

h Paul. III. p. 39.

*Et ab immediatis in sancta simplicitate,*

i C. 6. D. 27. §. 2. 3. 4. & R. com. 23. & R. Conf. 7. & form. scrib. §. 10. & In. 9 §. 5. 6. & In. 18. §. 12.

l R. com. 21.

7. Quin & ad Superiores medtos intra ipsam Societatem non debent facile recursus aut patere, aut nimis prodesse. Quod si rei gravitas aliud suadeat; tunc exponendum est, cur, à Superiore immediato id aut non petatur, aut non coredatur; interimque huic parendum. Intererea quæ à Superioribus circa administrationem agenda sunt, nemo curiosè, aliis exquisitat, aut conjecturam faciendè, de iis sermonem misceat: sed unusquisque sibi, ac muneri suo attendens, quidquid de se, atque aliis constituendum erit, nunquam de manu Dei expectet. /

8. Ipsa

8. Ipsa verò Obedientiæ materia, circa quam exerceri debent homines Societatis, latissimè patet: nam comprehendit omnia ea, in quibus nullum est manifestum peccatum; quantumvis difficilia, & secundum sensualitatem repugnantia, si præcipiantur. Immo debet aliquando Superior occasionem præbere exercendæ Obedientiæ, tentando subditos eo modo, quo Deus tentavit Abraham; servata tamen proportione discreta, juxta uniuscujusque vires. *m* Quapropter ea tantum intelligenda sunt constituere posse Nostræ Obedientiæ materiam, quæ ad propositum Societati finem conducunt. *n* Quæ quidem amplissimè Obedientiæ materia extraordinaria dici potest; quando nempe Superior jusserit. At ordinaria, ad quam speciale Superioris mandatum non requiritur, est omnium Constitutionum & Regularum absoluta & perfecta observatio.

9. Circa obediendi verò modum exteriorem (nam de interiori supra dictum est) 1. non expectandum Superioris imperium, sed etiam in rebus non obligatoriis, ubi tantum signum voluntatis ejus appareat, obediendum est. 2. Promptissimi sint ad parendum Superioris voci, aut campanæ signo, re quavis, atque adeo litera inchoata, nec-

*Materia obedientiæ amplissima.*

*m* Paul III. p. 13. & Jul. III. p. 64. & P. 3. c. 1 §. 23. & V. & P. 6. c. 1. §. 1. & B.

*n* Paul. III. p. 13. & P. 9. c. 3. §. 20. & P. 6. c. 1. §. 1. & c. 5. §. 3. & P. 10 §. 13. & C. 4. D. 22.

*Obediendi ratio.*



& P. 4. c. 10. §. 9. & R. com. 15  
q P. 3. c. 1. §. 23.  
& P. 4. c. 10. §. 5. & P. 6. c. 1. §. 1.  
r Ex. c. 8. A. & P. 3. c. 2. §. 1.  
& P. 5. c. 4. F. & P. 7. c. 2. I.

*Quod Genus obligationis inducatur ex Obedientia.*

s P. 6. c. 5.

*Qua jubendi forma.*

necdum perfecta relicta. p3. Obedientia prestanda, sine excusationibus, & murmurationibus, immò cum spiritali gaudio, & perseverantia. q His autem non repugnat, post orationem proponere simpliciter Superiori, quæ in contrarium occurrunt; subjiciendo suum sentire, & velle ei, quem Christi Domini nostri loco quis habet. r

10. Quis verò sit in jubendo modus servandus, distinctius tractabitur infra Part. 6. & 7. ubi de Superiorum obligationibus agendum erit: id tantùm hic videtur adjungendum. Licet tantoperè exoptet Societas universas suas Constitutiones observari, cum tamen cupiat suos omnes securos esse, vel certè adjuvari, ne incidant in laqueum ullius peccati: visum est, exceptis Votorum obligationibus, nullam Constitutionem, vel ordinem ullum vivendi posse obligationem ad peccatum mortale, vel veniale inducere; nisi Superior ea in Nomine Domini N. JESU-CHRISTI, vel in virtute Obedientiæ juberet: & loco timoris offensæ succedat desiderium omnis perfectionis. r

11. Et universè conferet circumspicere, & ordinatè præcipere, eo modo curando subditos in Obedientiæ officio continere, ut Superior omni benevolentia, & modestia, & caritate in Domino, quod in ipso est,

est, utatur : ita ut subditi se potius ad dilectionem majorem, quam ad timorem suorum Superiorum possint componere ; quamvis aliquando utrumque sit utile. † Hæc autem B. Patris admonitio locum non habet, cum iis, qui plerumque difficiles se Superiori præbent ; longèque distant à perfectione Obedientiæ in Constitutionibus descripta. u

P. 3. c. 1. N. & P. 8. c. 1. G.

u Cl. e. 4. §. 9.

S E C T I O I V.

De reddenda ratione Conscientiæ.

I. **O**bedientiæ Voto aptè subditur tractatio de aperienda Conscientia, quia maximè hæc refertur ad Obedientiam. Quantò enim exactius Superiores omnia, siue interna, siue externa suorum noverint, tantò majori cum diligentia, amore, & sollicitudine eos juvare poterunt ; nec in periculis, vel laboribus gravioribus, quàm in Domino ferre suaviter possint, illos constituent. x Opportunè etiam post Vota Religionis substantialia collocatur medium unum ex substantialibus nostri Instituti ; qualis est obligatio reddendi Superiori rationem conscientiæ suæ. y Est igitur res apprimè necessaria, & accuratissimè nobis à S. Fundatore commendata, z & ex qua benè

Utilitas & momentum hujus medii.

x Ex. c. 4. §. 34. 35. & P. 3. c. 1. §. 12. & P. 4. c. 10. §. 5. & P. 6. c. 1. §. 2. & C. 4. D. 40. & In. ad red. rat. consc.

y C. 5. D. 58.

z In. ad. red. rat. con. & In. 11. §. 1.